Item statuimus quod si quis clericorum nostri Capituli querelam contra et adversus aliquem Capitularem habuerit in quibuscunque et causis, alter eorum alterum citare non debet, nec vexare, aut ullomodo querelas, accusationes et proditiones coram nostris superioribus contra ipsum facere seu habere, vel et amicos et nobiles, seu alios statum temporalem habentes in auxilium seu iuvamen sibi assumere, sed talis debet accedere dominum Decanum suasque querelas prius eidem exponere, quod Decanus ex tunc statim inter discordantes facere studeat concordiam si potest. Si vero solus facere non potest, vocabit personas nostri Capituli ad hoc sufficientes, et precipue Diffinitores si commode fieri potest, quod una secum causam examinent et ipsam amice pro posse concordent. Si autem causa talis esset, quod ad eos concordare non spectaret, aut alias partes ad concordiam reducere non possent, remittant superioribus nostris, et istud statutum est remedium contra lites fratrum Capitularium. Competentia Fori.

Statuimus et volumus ut bona et res fratrum Capitularium ab hoc saeculo decedentium, apud dispositionem suorum manu fidelium sive testamentariorum integraliter permaneant, ut de bonis huiusmodi per ipsos manu fideles inventarium fiat, et post de rebus huiusmodi ultimas decedentium voluntates libere exequi possent ac iustam de talibus reddere rationem. Inventarium.

Item statuimus quod si pastor alicuius Ecclesiae parochialis nostri Capituli in ipsa sua Ecclesia residentiam facere voluerit personalem sine tamen fraude, ille suo quem tunc amovere voluerit vicario sumptus et expensas in aedificiis factis iuxta Decani Diffinitorum et Camerarii Capituli taxam refundere, tradere et persolvere tenebitur integraliter et expedite, oppositione qualibet quaesente, nisi forte vicariam suam sponte duxerit resignandam, qua sponta nea resignatione facta, nulla sibi refusio est facienda. Ratificatio.

Item ordinamus quod anni pastorum, Capellanorum, et Vicariorum incipient pro bladis recipiendis in die B. Virginis Margarethae, et in eodem festo festo finientur. Incipiunt Festo B. Margarethae frumenti.

Michaelis festo vinum Pro vino aut incipient in festo S. Michaelis Archangeli, et terminent in eodem festo

Census pecuniarij cedunt Martini. Pro redditibus pecunialibus incipient circa festum S. Martini in hyeme, nisi essent aliqui redditus, qui circa festum S. Walpurgis, aut alia tempora essent consueti persolvendi, in quibus similia tempora observabuntur. Et sic cedentes a suis beneficijs ex resignatione, vel per mortem suis successoribus redditus et iura beneficiorum sive prebendarum suarum in quibuscunque existentes vel existentia tenebuntur pro rata temporis resarcire.

Foenum Linum Rapae Caules Foenum vero cadet communiter circiter festum S. Joannis Baptistae, similiter et poma, nuces, pira, rappae, caules, linum, et alia huiusmodi colligentur, unumquodque circa tempus suum quo extrahitur et colligitur.

Agnelli Agnelli vero decimandi recipiantur circa festum SS. Philippi et Jacobi, nisi in huiusmodi decimatione aliud in quibusdam locis hucusque ex consuetudine introductum atque observatum fuerit.

Praemium Culturae Insuper statuimus et ordinamus, ut quicunque Pastor, Vicarius, Plebanus sive Capellanus nostri capituli, qui proprijs suis expensis et laboribus colere voluerit suam dotem seu eius bona, si per dictum pastorem, Vicarium, Plebanum sive Capellanum bonis sui beneficij sic cultis ipsum beneficium resignare ex quacunque causa contingeret, seu per mortem ipsum ab hoc saeculo decedere oporteret. Extunc idem pastor Vicarius, et caeteri, illam de dictis bonis sive in agris, sive vineis portionem seu partem integre percipiat, et accipiat quae colono laico qui dicta bona coluisset, foret de bonis eisdem assignanda, cedenda, et rationabiliter iuxta priam consuetudinem dimittenda, Ita quod Pastor, Vicarius et Plebanus sive Capellanus de ipsa parte, suae ultimae voluntatis, prenti profectus et commoda licite et libere valeat exercere, et solvere debita, oppositione in contrarium quacunque quiescente. (oppositione)

Attenta et meditatione statuimus ut quam primum aliqs de nro Capllo aliquem suorum confrum clericum sive laicum, ab hoc saeculo migrasse percepit, Mox legere tenebitur vigilias et Missam subsequenter pro defunctis in remedium aiae confris. Sic migrantis a saeculo. Et hoc quis de Capllo sub fidei debito, ac devotione devota observare tenebitur, quamdiu post mortem suam, hoc idem ab alijs confribus sibi fieri desideraverit.

Si vero aliqs confrum adhuc vivens voluerit legare Bedello Capli nri dimidium florenum auri pro viatico ad intimandum statim confribus diem obitus sui, quo sic intimato et comperto, ex tunc fres Capli nri tenebuntur peragere, ut supra pnotatum est.

De Astantijs Capellanorum seu Altaristarum Pastoribus et Plebanis faciendis.

Huiusmodi Altaristae et Capellani singulis diebus Dnicis et festivis astare et pntes esse dnt in circuitu aquae bndictae aspersione, legendo et cantando, nec non in vesperis ac alijs officijs divinis, Ipse n. pastor seu plebanus dns ipsorum est, et eorum bnficia sub tecto aut limitibus suae Ecclie habent.

In Summis vero festivitatibus et gliosae Virginis Mariae astent, et tunc pastor seu Plebanus si consuetudo introduxit dabit eisdem Altaristis expensas prandij.

Idem intelligendum est de Capellanis in Capellis non separatis infra limites pastoralis vel parochialis Ecclie existentibus, qui se iuxta dotationem et confirmationem suorum bnficiorum regere tenentur.

Si vero huiusmodi Capella esset oio separata vel dimembrata a mrice Ecclia, sive a Sanctissimo, sive Ordinario, cum oibus Sacramentis, penitus et in toto; in hoc servetur dimembrationis tenor.

225

Si aut fons baptismatis hetur solum in Ecclia matrice, Capellani tales tenentur astare ipsi pastori seu Plebano in Vigilia Paschae et Pentecostes dum Bap.a consecratur atq in alys festivitatibus, ut caeteri Capellani, nisi separatio eandem Capellam alr doceret.

Item Capellani seu Altaristae tenentur si Pastor vel Plebanus absens fuerit in caa suae Ecclie populum providere, vicesq eius implere. Idem si fuerit absens in caa sui patroni seu et in primis in caa Ordinarij, sive alia legitima caa adesse non potuerit.

Quod si Plebanus pro spacio et deambulatione ac in cais personam suam solumodo tangentibus, nulla iusta causa ante iam praxe dicta, existente abire voluerit, certe Altaristae seu Capellani sui huiusmodi curam subire et expedire minime tenentur.

Si pastor vel Plebanus infirmitate diutina atq incurabili laborat, puta lepra, Zepilensia, caecitate, aetate decrepita et caeteris his similibus aegretudinibus, tunc Altarista seu Capellanus gratis et absq mercede non tenetur labores et curam eius assumere.

Si aut infirmitas non fuerit cronica sive diuturna, Capellanus seu Altarista tenetur curam sui dni subire, tn expensis eiusdem sui dni.

Item si qd Altaristis seu Capellanis legatum fuit, a Parochianis pastoris vel Plebani, in his legatis Pastor seu Plebanus duas partes habebit, Capellanus vero tertiam.

Legatum.

In quibus Pastor seu Plebanus Capellanis et Altaristis astare debet.

Quia Capellani et Altaristae Pastoralium seu Parochialium Ecclia, tenentur in eorum introitibus facere suis pastoribus seu Plebanis obedientiam manualem loco praestiti iuramenti, in capellis saltem